



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Abbati Et Conventvi Altæcumbeæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

tem ad restituendum idem feudum , sicut justum est , cum fructibus inde perceptis Ecclesiae supradictæ monere prudenter & efficaciter inducere procureatis , ipsos ad hoc , si opus fuerit , per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogentes . Testes autem &c. Datum ut in alia per totum .

## E I S D E M .

*Epiſt. 164.*  
Sicut codex  
E Xpusuit nobis venerabilis frater noster Archiepiscopus Patracensis quod cùm à prima institutione Patracensis Ecclesiae in Ecclesia beati Theodori archiepiscopalnis confluverit sedes esse ; in qua novi Pontifices primò inthronisfari solebant , ac certam ibi mansionem necnon etiam sepulturam habere , ad dicato caſtro circa ipſam , non ſolum oſſa tumulatorum ibi Pontificum ſunt effoſa , verū etiam ſedes eadem ipſi Archiepifcopo eft ablatā . Vnde nobis humiliter ſupplicavit ut detentores predi-  
cta ſedis ad ejuſ reſtitutionem compelli & Eccleſiae ipſi competens ſpatium in circuitu dimitti liberè mandaremus . Volentes igitur Archiepifcopo memorato in Eccleſiae ſue jure , ſicut tenemur , ad eſſe , fraternitati veſtræ per apostolica ſcripta mandamus quatenus detentores predi-  
tores ad reſtitutionem prafata ſedis , prout juſtum fuerit , ſublato cujuslibet contradictionis & appellationis obſtaculo compellentes , faciat in canonico circa ipſam ſpatio pro-  
videri . Datum ut in aliis .

## ARCHIEPISCOPO PATRACENSI .

*Epiſt. 165.*  
Eudem argu-  
mento cum epि-  
ſtula 163.  
I Vitis perentium deſideriſ dignum eſt nos facilem præbere conſenſum , & vo-  
ta quæ à rationiſ tramite non diſcordant effeſtu proſequente complere . Eapropter , venerabilis in Christo frater , tuis juſtis pre-  
cibus inclinati , confeſſionem Dimof-  
farij Patracensis & totius Autumpnæ ac  
omniū casalium de Exafilina , quæ nobi-  
les viri Guiardus & Guillelmus in captione  
Conſtantinopolis acquiſiſſe noſcuntur , Eccleſiae Patracenſi liberaliter factam ab  
ipſis , ſicut pię ac providē facta eſt , tibi ac  
per te ipſi Eccleſiae auctoritate apostolica  
conſirmamus & præſentis ſcripti patro-  
cino communimus . Nulli ergo omnino ho-  
minum licet hanc paginam noſtræ conſi-  
ſationis infringere vel ei &c. uſque incur-  
furum . Datum Laterani iiii. Kalend. No-  
vembriſ , pontificatus noſtri anno tertio-  
decimo .

¶¶¶

DECANO , ARCHIDIACONO  
de Lefo , & magiſtro Hugoni Canonico  
Cabilonensi .

*Epiſt. 166.*  
De libero ac-  
ceſſu laicorum  
ad ordinem Ci-  
terciensem .  
**D**ilecti filij Abbas & conuentus Cif-  
terciensis tranſmifla nobis petitione  
monſtrarunt quod quidam rectores Eccle-  
ſiarum provinciæ Lugdunensis ab eis qui  
vivi & incolumes ad eorum ordinem tran-  
ſeunt , ſibi fieri exigunt reſtamentum , &  
in eos quos iudeum relinquent in ſeculo ,  
propter hoc ecclesiasticam exercent cen-  
ſuram ; ac capitulo illud quo eis à ſede  
apostolica indulgetur ut licet liberos &  
abſolutos a ſeculo fugientes recipiant in-  
terpretantes ſimilitrē , afferunt eos , licet  
alias abſoluti exiſtant & liberi , ſine ipo-  
rum licentia non poſſe ad religionem tran-  
ſire , pro eo quod jure parochiali eisdem  
obligati tenentur . Quocirca discretioni  
veſtræ per apostolica ſcripta præcipiendo  
mandamus quatenus prælumptores pra-  
diotos à præſumptione hujusmodi , moni-  
tione præmifla , per censuram ecclesiasti-  
cam ſublato appellationis obſtaculo com-  
peſcati . Quod si non omnes &c. duo  
veſtrum &c. Datum Laterani ix. Kalend.  
Novembriſ , pontificatus noſtri anno ter-  
tiodecimo .

PATRACE N S I  
Archiepifcopo .

*Epiſt. 167.*  
De ſuſtentacio-  
ne Ballivo .  
Pide inſtrā epिſt.  
171.  
**C**Vm S. Ballivo quondam tuo , qui  
pro eo quod jura Eccleſiae tuae fide-  
liter defendebat , non ſolū naſo eft muti-  
latus , verū etiam graves alias jačturas in-  
currit , de bonis Eccleſiae tuae diſponas li-  
beraliter providere , ſicut ex tua inſinua-  
tione diſdicimus ; nos in hac parte pium tuum  
propositum in Domino commendantes ,  
fraternitati tuae præſentium auctoritatē  
mandamus quatenus de bonis Eccleſiae tuae  
ſibi ad ſuſtentationem ſuam decenter pro-  
videre procures . Datum Laterani Nonis  
Novembriſ , anno tertiodecimo .

ABBATI ET CONVENTI  
Aliccumbæ .

*Epiſt. 168.*  
De monachis  
mittendis ad  
Archiepifco-  
pum Patracen-  
ſiem .  
**C**Vm nobilis vir Gaufridus de Villa-  
Arduini dominus Achaie ad ſuſte-  
nationem venerabilis fratris noſtri Patracen-  
ſis Archiepifcopi , ſicut ipſe propositum co-  
ram nobis , multas poſſeſſiones &c alia bo-  
na vobis duxerit concedenda , de quibus  
conuentus valeat ſuſtentari , devotioni veſ-  
træ per apostolica ſcripta mandamus qua-  
tenus hujusmodi propositum prompto pro-  
ſequenteſ favore , conuentum de fratribus

## 488 Epistolarum Innocentij III.

vestris eidem Archiepiscopo, in suis deducendis expensis, propter hoc assignare curetis. Datum ut in alia.

*NOBILI VIRO GAVFRIDO  
Principi Achiae.*

*Epiſt. 169.  
De munienda  
Ecclesia Patra-  
cenſi.*

**A**d tuitionem Ecclesiarum tanto te intendere convenit quanto ex hoc Regi Regum dinoscere placere. Cum igitur Ecclesia Patracensis, in maris littore constituta, incuribus pateat piratarum, & venerabilis frater noster Patracensis Archiepiscopus eam intendat aedificii necessariis communire, ut Clerici & servitores ipsius tutè ibidem valeant commorari, nobilitatem tuam rogamus attentiū & monemus, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus super hoc Archiepiscopum non impediās memoratum. Alioquin venerabilibus fratribus nostris Larisseno Archiepiscopo & Episcopo Cithoniensi damus nostris litteris in mandatis ut te ad hoc, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, justitia mediante, compellant. Datum ut in alia.

*Scriptum est ipſis ſuper hoc.*

*LARISSENO ARCHIEPISCOPO,  
& Episcopo Cithoniensi.*

*Epiſt. 170.  
Vt Archiepif-  
copus Patra-  
cenſis fruatur  
terra de Larſa*

**E**x insinuatione venerabilis fratris nostri Archiepiscopi Patracensis accepimus quod cum bona memoria Willelmus Campaniensis, dudum in Apuliam transfuturus, nobilem virum Hugonem de Cham. suum Ballivum & procuratorem fecerit generalem, promittens firmiter ut quicquid disponeret vel donaret, ratum haberet & firmum, sigillum sibi proprium commitendo, idem Hugo positus in extremis terram de Larſa Ecclesiae Patracensi reliquit, & licet id postmodum nobilis vir Gaufridus Princeps Achiae approbasset, spontanea voluntate dictum Archiepiscopum de terra illa investiens coram multis, cum tamen idem Archiepiscopus ad percipiendos fructus illius terrarum suum destinasset Ballivum, nobilis vir P. de Beccinaco, afferens se terram ipsam auctoritate Principis possidere, Ballivum ipsum fructus percipere non permisit, eosdem occupans profuæ arbitrio voluntatis. Quocirca fraternitati vestra per apostolica scripta mandamus quatenus dictos dominos, ut ab hujusmodi præsumptione desistant, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam appellatione remota, sicut justum fuerit, compellatis. Testes autem &c. Datum Laterani viii. Idus Novembris, anno tertiodecimo.

*E I S D E M.*

**C**VM nonnullæ possessiones ac jura & pertinentiae quas Græcorum temporibus habuit Ecclesia Patracensis, quarum etiam possessione in ingressu Latinorum in Achiam gaudebat, eidem per Latinos afferantur esse subtracta, fraternitati vestra per

bentes, monere prudenter & efficaciter inducere procuretis, ipſos ad hoc, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione remota, sicut justum fuerit, compellentes. Testes autem qui fuerint nominati &c. Datum Laterani Nonis Novemb. pontificatus nostri anno tertiodecimo.

*E I S D E M.*

**C**Onquestionem venerabilis fratris nostri Patracensis Archiepiscopi receperimus continentem quod C. Miles & quidam socii sui Patracensis diocesis domum suam nequierunt irruebentes, manus in ipsum temerarias injecerunt, ac Ballivum suum, quem inter brachia contra eorum sevitiam tuebatur, per violentiam capientes, pro eo quod jura Ecclesiæ fideliter defensabat, nasum ei crudeliter amputarunt. Per ipsius quoque Militis servientes idem Archiepiscopus captus fuit, & per quinque dies in carcere diro retentus, multis alias eidem ab eodem Milite ac suis complicibus dannis & injuriis irrogatis. Quocirca fraternitati vestra per apostolica scripta mandamus quatenus dicendum Militem & alios, ut eidem Archiepiscopo super datis dannis & irrogatis juris satisfactionem exhibeant competentem, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis. Testes autem &c. Datum ut in alia.

*E I S D E M.*

**V**enerabilis frater Patracensis Archiepiscopus proposuit coram nobis, quod domini terræ illius, pro eo quod sa- cerdotes & monachos Græcos angariantur, eosdem non permittunt sibi & aliis Latinis Prælati debitam obedientiam & reverentiam exhibere in animarum suarum dispendium & gravamen. Quocirca fraternitati vestra per apostolica scripta mandamus quatenus dictos dominos, ut ab hujusmodi præsumptione desistant, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam appellatione remota, sicut justum fuerit, compellatis. Testes autem &c. Datum Laterani viii. Idus Novembris, anno tertiodecimo.

*E I S D E M.*